

M

AD  
ORATIONEM ANNIVERSARIAM  
MEMORIAE  
**GODOFREDI HOFFMANNI,**

GYMNASII QVONDAM ZITTAVIENSIS DOCTORIS ET MODERA-  
TORIS EXCELLENTER PROMERITI,

SACRAM,

ET

DIE XVI. OCTOBRIS

HOR. VIII. MATUT.

A B S E HABENDAM

**DECENTER ET HUMANISSIME**

INVITAT,

SIMVLQVE

DE

**FAMILIAE SCHOENBVRGICAE  
GENERATIONVM SVPPVTATIONE  
RECENSIONEM QUINTAM**

PRAEMITTIT

**ADAM DANIEL RICHTERVS,**

GYMNAS. ZITTAV. DIRECT.

**M**emoriam B. GODOFREDI HOFFMANNI, apud Musas Zittauenses Doctoris olim et Moderatoris excellenter promeriti, in Gymnasio nostro quotannis celebrare solemnis pietas est. Mihi vero istam memoriam celebrandam indicent meum officium esse reor, denouo reverti ad familiae Schoenburgicas generationum suppitationem; cuius quidem opellae meae filum non abrumpi debere facile deprehendo. Perfitit uero nuper quarta nostra hujus rei Recensio in uita adhuc reliqua *Wolfi* de *Schoenburg*, qui a. 1611. d. 27. Augst. *Electorum Penicii* apud se hospitem habuit, cuius lateri deinde ex *Dominis de Schoenburg* si nondum omnes, qui adhuc superflunt, tamen plurimi in hac pagella adjungi poterunt.

2) *Wolffus de Schoenburg*, de quo jam nuper exposito nostra in quarta Recensione coepit, bis uxorius erat. Feicit nuptias primas a. 1581. d. 27. Aug. *Rochsburgi* cum *Elisabetha de Tschernempel*, quae sapientissima mulier a. 1585. *Thoman Rockartum*, linteonem, qui *Franckenbergeae* opificium suum linicium exercebat, *Antwerpianam* ablegabat, ut genus texturæ, quod jam nostri suo vocabulo *Grobgrtin* nuncupare solent, cum arte istum colorem efficiendi ibi percepiteret, qui post duos annos redux non solum officinam istud genus texturæ conficiendi cum tinctura aperuit, sed multos alios etiam in suam disciplinam adhibuit. *Hæc Elisabethæ mortem obiit puerperio aegra*, a. 1601. d. 28. Mart. actat. 37. *Penicii* sepulta. Secundas nuptias fecit. a. 1601. d. 16. Nouembris, cum *Anna Barbara*, Comitissa ex gente *Ruthenorum*, quae mulier deinde in uiduitate sua a. 1629. d. 4. Mart. mortua est. *Wolfus* autem noster de *Schoenburg*, *Penicii* a. 1612. d. 17. Augst. mortalitate sua interceptus et ibidem in suo monumento conctectus, duodecim filios genuit, geminos autem sine uita ex utero materno editos, ita ut decem modo nominibus suis citatis nunc insequeantur.

I) *Wolffus Ernestus*, natus *Rochsburgi* a. 1582. d. 8. Iun. Hic a. 1599. ad Musas *Ienenfes*, et deinde a. 1606. cum fratre suo *Johanne Georgio* ad bellum contra *Turcas* profectus est. Adsuit etiam a. 1609. usque ad annum 1612. bello *Polonicum* in *Curonia*, in qua militia multa quidem, praefertim uero ad castellum *Smolensko* istam fortunam tolerauit, ut non solum in magno, sed prorsus in extremo periculo tunc uersaretur. A. 1617. aduocabantur *Wolfius* noster *Ernestus* et fratres eius, *Johannes Georgius* et *Ootto Wilhelmus*, singuli quidem litteris *Pragæ* d. 11. Iun. ei. a. separatis scriptis, ad coronationem *Ferdinandi*, Archiducis *Austriaci*, qui *Rex Bohemiae* electus erat; in qua coronatione *Ootto Wilhelmus* praefentiam suam interfuit, *Wolfius* autem noster *Ernestus* et *Johannes Georgius* praefentiam suam *Imperatoris* excœilarunt. Sed hoc eodem anno 1617. d. 28. Novembris *Wolfius Ernestus de Schoenburg*, manibus suis infelicitate seductus, in eam calamitatatem incidebat, ut uesteri circa horam octauam fratrem suum *Ottomem Wilhelminum* in arce *Glaucouiae* per inferiorem partem ventris, quae sua propria significatio Ciceroni nostro ali. us est, transixum occideret, ob quod fratricidium fugitus, et usque ad mortem suam extorris factus, tandem anno 1623. d. 16. Februar. in fuga sua mortuus est. A. 1617. mensi Octobri collocauerat sibi in matrimonium *Veronicam Aliam*, *Marechallii haereditarii* et *Landgravi* in *Stuelingen* filiam, *Dominam de Pappenheim* in *Hebern* et *Graeffenthal*, quae deinde, Vidua facta, in lite fuit cum *Iohanne Caspare de Schoenburg* de aere alieno 32010. thaleror. quem judicialiter adagebat, ut solueret. Vid. *Kürze vorl. Anzeig.* p. 71. Filii hujus *Wolfii Ernesti* cum suppitatione generationum suarum insequentes sunt.

a) *Wolfgang Philippus*, denat. 1620.  
b) *Godofredus Ernestus*, Comes in *Remsa*, nat. 1623. d. 16. Februar. cui sors in uico *Remsa* aegrotanti uitam admexit 1679. d. 3. Decembr. actat. 55. Ex uxore sua *Agnete Beata*, *Christiani de Schoenburg*, Domini in agro *Penicensi* filia, nat. 1636. d. 12. April., nupt. 1653; quae deinde, widua facta, uita 1687. d. 24. Mart. decessit, duos filios suscepserat, qui fuerunt-

α) *CHRISTIANVS ERNESTVS*, nat. 1655. d. 9. Octobr. in uico *Remsa*. Versatus primum *Lippiae* in studio litterarum, munus deinde armorum in militia sustinuit apud *Electorum in Marchia Brandenburgica*. In diuisione honorum *Schoenburgicorum Glaucouiae*, quae cum suis haeredibus communiter adhuc possederat, obtinuit a. 1681. forte pro more conjecta, *Praefecturam Posticam*, quae *Glaucouiae* est, fedemque suam et domicilium ibidem habuit. Oppidulum a. 1718. le conditum, in vicinitate oppiduli antiqui *Hohenstein* positum, nomine suo ac proprio *Ernsthalum* nominavit. Mortem suam obiit in uico *Remsa* a. 1718. d. 14. April. In matrimonio habuit duas uxores, 1) *Iulianam Mariam*, *Ottonis Alberti de Schoenburg*, qui *Waldenburi* rem suam familiarem administrabat, filiam, nat. a. 1645. d. 8. Decembr. nuptiis celebratis a. 1679. d. 24. Nouembris, quae uero a. 1683. d. 28. April. morte abrepta est, et 2) *Vrissiam Ludomillam*, *Liberi Baronis de Reifsoitz* filiam, nat. a. 1665. d. 25. Maij, quae

- a. 1686. d. 6. April *Christiano nostro de Schoenbourg nupsit*, et deinde, vidua facta, diem uitae suae extremum a. 1720. d. 22. April consecit. Filii *Godefredi Ernesti* sunt
- 1) **OTTO ERNSTVS**, Comes in *Glauchau*, nat. 1681. d. 12. Decembr. al. 1683. d. 27. April. His sedem suam et domicilium *Glaucouiae*, suaque uitae finem ibidem a. 1746. d. 28. Nouembris habuit. Ex uxore sua, *Wilhelmina Christiana, Henrici Wilhelmi*, Comitis de *Solms* in *Sonnevalda* filia, nat. 1692. d. 22. Septembr. nupt. 1710. d. 24. Octobr. jam Vidua superflite, tres filios suscepitos reliquit, qui sunt
  - 2) **HENRICVS ERNSTVS**, Dominus in *Rocheburg*, nat. 1711. d. 18. Septembr. qui follementibus nuptiarum a. 1747. d. 10. Maj. cum *Magdalena Louisa, Liberi Baronis Alberti de Elstra*, supremi Caecareanae militiae excubiarum *Praefecti*, filia natu minima, nat. 1720. d. 28. Mart. celebratis, quatuor filios genuit.
- 1) *FRIDERICVM ERNSTVM*, nat. 1748. d. 11. Aug.
  - 2) *LVDOVICVM ERNSTVM*, nat. 1750. d. 22. Februar.
  - 3) *HENRICVM WILHELMVM ERNSTVM*, nat. 1751. d. 16. Septembr.
  - 4) *ALBERTVM GOTTLIEB ERNSTVM* nat. 1758. d. 25. April. denat. eod. a. d. 29. Jun.
- 3) **ALBERTVS CHRISTIANVS ERNSTVS**, qui hodie regnat felicissimi auspiciis *Glaucouiae*, Eques S. Iohannis et Tribuni Legatus in militia *Regis Borussiaci*, nat. 1720. d. 22. Ianuar. Vxore *Carolina Regina de Carolowitz*, quam a. 1730. nat. et a 1747. d. 13. Septembr. nupta fuit, jam a. 1755. d. 16. Septembr. mortua, felicissime libi a. 1757. d. 19. Iul. desponsata *Magdalenam Franciscam Elisabetham, Francisci Henrici de Schoenbourg in Wexelburg*, filiam natu maximam, nat. d. 30. Ianuar. 1727. dignitate Ordinis de l' Union Parfaite a *Regina Daniae*, vidua, a. 1764. d. 20. April. ornata, Filii, quos suscepit, sunt
- 1) **CHRISTIANVS WILHELMVS CAROLVS FRIDERICVS ERNSTVS**, nat. 1752. d. 14. Jun.
  - 2) **HERMANNVS FRIEDERICVS HENRICVS GOTLOB ERNSTVS**, nat. 1763. d. 5. Aug. denat. 1764. d. 15. Mart.
- 4) **IOHANNES ERNSTVS**, Dominus in *Lohma*, in *Ducatu Altenburgensis*, nat. 1726. d. 4. Mart. Vxorem duxit a. 1752. d. 13. Februar. *Charlottam Henriettam de Weissenbach in Thurm*, summi olim *Schlettuaiae* in Prouincia Montana *Praefecti Saltuarii*, *Georgii Friedericii Sigismundi de Bomsdorf* Viduam, ex qua duas Comitissae prognatae sunt.
  - 2) **CHRISTIANVS ERNSTVS, GODEFREDI FRNESTI filius secundus**, nat. 1687. d. 3. Mart.
  - 3) **GODEFREDVS ERNSTVS** nat. 1689. d. 12. Septembr. qui sedem suam in uico *Remsa* habuit, in matrimonium collocatus cum *Vidua Baronis de Elstra*, nata *Baronesa de Leutrim*. Mortem appetit a. 1747. in *Pappenheim*.
  - 4) **WOLFIUS ERNSTVS**, nat. 1694. d. 7. Decembr. In militia *Regis Poloniarum et Electoris Saxonias Tributio Optio mortem obiit* a. 1739. d. 30. Maij, uxore, quam a. 1733. d. 5. Jun. duxerat, *Magdalena Eleonora*, filia Domini de *Boxidorf*, vidua relicta, quae ex eo tempore *Frybergae* uitam degere voluit
  - 5) **IOHANNES ERNSTVS**, nat. 1696. d. 24. Jun. qui Centurionis munere fungens in militia Saxonica obiit.
- 6) **GVSTAVVS ERNSTVS**, nat. 1699. d. 5. Aug. denat.
- 7) **AVGVSTVS ERNSTVS**, Dominus in *Rochsburg*, *Godefredi Ernesti*, superiori pagina sub litera b) nominati, filius secundus, nat. 1666. d. 26. Iul. denat. 1729. d. 11. Aug. Collocavit libi in marimonium a. 1692. *Marian Elisabetham, Ottonis Ludouici de Schoenburg in Hartenstein* filiam, nat. 1670. d. 13. Ianuar. quae deinde in uiduitate sua mortua est a. 1737. d. 2. Februar. A. 1717. d. 4. Mart. *Electori Saxonie* fidem suam suamque objectionem in perpetuum litteris sanctissime obligauit. *vid. furze vorl. Anzeige Bepl. n. 66.* Filii jam ante patrem morte abrepti fuerunt
- 1) **AVGVSTVS LVDOVICVS**, nat. 1693. d. 4. Augus. denat. 1694. d. 6. Nouembris.
  - 2) **LVDOVICVS ERNSTVS**, nat. 1695. d. 19. Septemb. den. 1696. d. 19. Ianuar.
- II) **IOHANNES GEORGIVS de SCHOENBURG**, nat. a. 1584. d. 12. Jun. *Penitii*. Signifer creatus adiuit 1605. in militia contra *Turcas*, et Subcenturionis muneri praefectus militari a. 1611. turbidis rebus pro religione tunc concitatius, in *Bohemiam*. A. 1612. constituebat suo nomine una cum Ottone Wilhelmo, fratre, nec non defensorio nomine in absentia reliquorum fratrum, qui tum *Pragae* erant, *Iohannem Kellen* auctoritate instructum ad diem obeundum in summa Curia Provinciali *Lipsiae*, Dominis de *Schoenburg* a *Wolfio Georgio*, Comite in *Stollberg*, d. 8. Decembr. e. a. praefstitutum. *Vid. furze vorl. Anzeige Bepl.*

n. 123. Litteris a. 1618. d. 8. Januar. datis praeincipiebat *Iohannes Georgius I. Elector Saxoniae*, nostro *Iohanni Georgio de Schoenburg* et fratribus eius, ut ne Curatoribus Praefectureae Zwickauensis in inquirende et cognoscenda causa fratricidae, *Wolffii Ernesti de Schoenburg*, resistentes etrepugnantes praepedimentum objicerent, quia *Dominus territorii* sit. Vid. ibid. n. 101. Postquam autem ille fratricida litteris d. 15. Aug. e. a. scriptis Curatores Zwickauiae, quibus negotium de fratricidio inquirenda datum erat, rogaerat, ut diem judicij capitis publice constitutum in duos menses different, fidemque publicam, cui pecunia, quae sati fit, cauere promittebat, interponerent, uid. ibid. Bapl. n. 104. litteris statim d. 14. Septembr. e. a. ad Electorem scriptis suppliciter orabant noster *Iohannes Georgius de Schoenburg* cum fratribus, *Ioh. Henrico* et *Augusto Siegfried*, ut fidem publicam fugitio fratricidae suo ita temperare nelleret, ne amplius particeps esset administrationis rerum in dominis et ditionibus suis, nec in illis commorari audeat, et ut non sua rata in ditionibus suis, quae fratricidio commissio nunc amissi sit, sed praedibus pro se constitutis, uel pignore dato ipso suo nomine caueret secum uiuens. Vid. ibid. Bapl. n. 106. A. 1618. Domini de Schoenburg actionem perfidiae, quam *Iohanni Henrico de Weißbach* constituerre parauerint, ipsi, rogati quidem, depoferuntur. Vid. Verl. Gegen-Anzeige Bapl. Z. 6. A. 1620. *Iohannes Georgius*, *Wolffius Henricus*, *Christianus*, *Augustus Siegfried*, *Iohannes Caspar* et *Iohannes Henricus*, Domini de Schoenburg, de exactionibus nominum ab *Henrico V. Rutheno* in jus vocati, litteris d. 12. Septembr. e. a. scriptis copiam dabant *Notario* in summa Curia Provinciali *Lipsiae*, *Christiano Gruber*, respondendi et agendi pro se die ibidem judicij constituto. Vid. kurze vorl. Anzeige Bapl. n. 130. A. 1626. sedem suam et domicilium noster *Iohannes Georgius de Schoenburg Rochsburgi* habuit, nuptias ibidem d. 26. Febr. e. a. celebratis cum *Sophanna*, *Iohannis Albini*, Comitis de *Schlick*, Domini in *Weißtrupp*, *Ruegen*, *Falckenau*, *Myrenitz*, Praefecti *Paffauiae* filia, quae deinde a. 1649. d. 26. Nouembris in uitidate mortua est. Mortem enim obierat *Iohannes Georgius de Schoenburg* iam a. 1637. d. 24. Mart. et *Rochsburgi* in templo ibidem sepulcro suo illatus est.

III) CHRISTOPH FRIDERICUS de SCHOENBURG; Penitii nat. a. 1585. d. 10. Octobr. Traditus est a. 1601. una cum fratre suo *Ottone Wilhelmo* Professoribus Wittebergae in doctrinam, sub Monitore et Praefecto morum *M. Iohanne Eiffiero*, quorum uteque ab *Augusto*, filio Principe, qui tunc etiam Wittebergae optimis disciplinis atque artibus studebat, ita in sinu quasi et deliciis habitus est, ut *Celeberimus Taubmannus* abitum illorum ex Academia pulcherrimo Carmine prosequeretur, in quo illi uerbi sunt:

*Quos Deus et miserae PRINCEPS que AVGVSTVS amarunt,*

*SCHOENBURGO fratrum BINIO noſter abit.*

Obiit autem *Christoph Fridericus de Schoenburg* immatura quidem morte iam a. 1607. d. 26. April.

IV) OTTO WILHELMVS de SCHOENBURG, nat. 1587. d. 7. Mart. et, id quod jam supra significavi, a. 1601. Praeceptoribus Wittebergae in doctrinam traditus. Missus ab Electore legationem *Latetiae Pariforum* a. 1606-1609, non sine magna laude feliciter administravit. A. 1615. d. 4. Augst. *Benignam*, *Liberi Baronis de Shwanenberg* filiam sibi despontatam uxorem duxit, quae deinde uitia facta cum *Georgio Ernesto de Schoenburg* in *Lichtenstein* secundas nuptias conficeret uoluit. Quum Elector *Iohannes Georgius I.* litteris d. 1. Febr. a. 1617. ad Dominos de Schoenburg datis interministratus esset, ne ditiones et terras ius exteris et peregrinis Dominis uenderent, *Otto* noster *Wilhelmus* praecerto obediens statim die 5. Februar. e. a. Electori per litteras promisit, quod de negotio alienandi terras penitus nunc desistat. Vid. kurze vorl. Anzeige Bapl. n. 141. et 142. A fratre *Wolffo Ernesto* a. 1617. d. 28. Nouembris mortifero vulnere ictus mox post quatuor horas expirauit. Vid. *Otto Wilhelms von Schönburg* Personalem.

Pauca adhuc restant de hac *supputatione Generationum Familiae Schoenburgiae* in aliud tempus nunc differenda. Iam enim nobis maxime memorandus uenit B. GODOFREDVS HOFFMANNVS, Doctor et Moderator Gymnasi quondam in hac urbe meritisimus, cuius memoriam crastina luce in Gymnasio ita dicendo seruare studebo, ut illius folemnis fiat mentio.

Rogo itaque, ut MAGNIFICVS et AMPLISSIMVS SENATVS, *Venerabiles verbi diuini Antifites* omnesque literati, qui *memoriae Hoffmannianae* fauent, orationi nostrae interesse meque breuiiter dicentem beneuole aufculta uelint. P. P. XIX. Tri-

nitat. MDCCLXV.

---

ZITAVIAE TYPIS STREMELIANIS.

M

AD  
ORATIONEM ANNIVERSARIAM  
MEMORIAE  
**GODOFREDI HOFFMANNI,**  
GYMNASII QVONDAM ZITTAVIENSIS DOCTORIS ET MODERA-  
TORIS EXCELLENTER PROMERITI,  
SACRAM,  
ET  
DIE XVI. OCTOBRIS  
HOR. VIII. MATUT.  
AB SE HABENDAM  
DECENTER ET HVMANISSIME  
INVITAT,  
SIMILQUE  
DE  
**FAMILIAE SCHOENBVRGICAE**  
GENERATIONVM SVPPVTATIONE  
RECENSIONEM QVINTAM

PRAEMITTIT  
*ADAM DANIEL RICHTERVS,*

GYMNAS. ZITTAV. DIRECT.

